Resolutiones
181,453

Variæ Resolutiones
Sumorum Pontificum
Sacræ Congregationis Eminentrum Cardinalium
S: Concilij Trident: Interpretum
Ac S: Congregationis Epporum, Et Regularium
In Causis Regularibus
Circa Moniales ejsdem Subjectas emanatæ

§I

De Receptione & Professione Monialium. Clarissarum Ordini Subjectarum, ex Trid. sess. 25 de Regular: c. 17.

Nulla Puella hodierno jure habitum recipi potest ante decimum quintum ætatis annum completum, ut expresse decernit S. Congregatio Episcop. et Regul. 23 May 1659. Licet jure antiquo ex cap. ad nostrum 9. & significatum. 11 de Regular: Clement. eod: et ex Trident. cit. cap. 17. post annum duodecimum recipi potuerit. Ex moderna Praxi recurri debet Romam pro Gratia, ut ante 15 ætatis annum ad habitum admitti possit, et solet pro merito postulantium cum puellis nobilibus tum primis ex ferventi devotionis spiritu ductis dispensari in octo vel decem mensibus, non nisi tamen post decimum sextum annum integre de momento in momentum completum, professionem deponere poterit, secus erit nulla ex Trid: sess. 25. de Regular: c. 15 et Declaratione Congreg. Concilij. Ætas autem incipit, à Die et hora Nativitatis, non Baptismi ex Declarat.

Congreg: Concilij in Cortonensi 4 Decembr. 1627. Puella ad habitum recipienda est ab Episcopo vel ejus deputato exploranda vi Tridentini cit: loc. An coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat, et hujusmodi, et hoc etiam in Monasteriis exemptis et Regularibus subjectis ex Declarationibus S. Congregationis Concilij 13 Novembr. 1627. et 16 Decembr. 1645. unde debet desuper certior fieri Episcopus et Dies Investitionis designari ex cit. Congregat: quia spectat hæc admissio ad Clausuram, cujus custodia demandata est Episcopis ex cit. sess: Trid: C. 5. et Constit. Gregorij XV Inscrutabili.

Hanc Voluntatis Explorationem, postquam certioratus est Episcopus non potest differre ultra 15 Dies, alias Superiores Exempti ipsis 15 Diebus elapsis possunt eo inconsulto ad Receptionem procedere, nec potest extra Puncta in Trident. præscripta progredi. Ita habet Constit. 41 S. Pij V. Cum Mendicantium. § 6. ubi sic habet: Volumus etiam, quod Puellarum Deo dicandarum, an scill: coactæ vel seductæ fuerint? Examen faciendum, non nisi intra 15 dies, postquam juxta Concil: Trid: Episcopi vel eorum Vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis amplius in hoc se illis intromittere non liceat, cujus occasione nec Episcopus nec ejus Vicarius intra Septa Monasterij ingrediantur, sed stent ante Cratem ferream et Interrogationes alias, quam eas, quæ præfatum Concilium Trid: jubet, eis fieri omnino prohibemus! Ac similiter Volumus

quod Puellæ seu Novitiæ ipsæ ad alias Interrogationes Respondere minimè teneantur. Sic tenet et refert etiam Barbosa ad Concil. Trid. sess. 25. de Regular. & Monialibus cap. 17 Monacell. part. 2. Tit. 13. formul. 5. num. 12. et alij passim. Defectus explorationis voluntatis non irritat Re=ceptionem et admissionem, S. Congregat. Concilij teste Fagnano L. 1. in cap. cum accessissent 8 de Constitut. num 31 & L. 5. in c. qui Presbyterum 2. de Pœnitent. & Remiss. num. 84. Barbosa de Offic. & Potest. Episcopi part. 3. alleg. 100 n. 9. idem dicendum de Novitia antequam ad Professionem admit=tatur, quod et ante 15 dies ad minus intimandum est Epis=copo. Nil porro accipi potest ab Episcopo vel ejus De=putato vel alio Prælato quocunque pro Ingressu, pro Professione, pro exploratione præfata etc. ut sæpius decla=ratum est à S. Congregatione Episcopor. & Regular. et ex=presse Innocentius XI 1. 9bris 1678 in suâ Taxa dicta comuniter Innocentiana §. General mente. Ferraris cit. loc. num. 9. 3. nec potest Episcopus ullo pacto cogere moniales ad acceptandam Puellam, neque ad habitum, neque ad Professionem ut decrevit S. Congregat. Episcop. & Regularium Ferraris cit. loc. num. 82.

Professio emissa à Novitiâ in articulo Mortis anno Noviciatus non dum expleto ex Privilegio S. Pij V non suffra=gatur, nisi quoad adquisitionem Indulgentiarum favore pro=fitentis

-fitentis, non autem quoad adquisitionem Dotis favore Monasterij, cum ipsa debeat restitui ejus Consanguineis ex Declaratoe S. Congregati Concilij repetitis, et ultimo in Neapolitana 14 Martij 1705. Aliud foret, si annus Probationis jam esset expletus, tunc enim Dos acquiritur Monasterio, licet Professio emissa fuisset inscio Ordinario, quia nihil deficit ad substantiam Professionis Ferraris cit. loc. n. 98 & 99. Idem quoad Dotem sentiendum de Novitia profitente anno Novitiatus integre completo, licet ipsa Ethica seu hectica fuerit ex spe facti: Quaedam Novitia in aetate erat, Professionem emittendi, tum annum Probationis compleverat, nondum tamen emiserat Professionem. Correpta gravi morbo Professionem emisit, & deinde obijt. Quaestio exorta fuit, utrum haec Professio facta dicenda esset juxta Jus Comune, et Concilium Trident; an secundum mox dictum Pianum Privilegium? Magni erat Momenti haec Quaestio ob Effectus Diversos, qui ab Una & alterâ Professione emanant. Si enim Professio referebatur ad Pianum Privi-legium Dos Monialis spectare nequibat ad Monasterium. Delatâ autem Causa ad Rotam, ea decidit, Professionem emissam dici debere conformiter ad Jus Comune, et Concilium Trident: Ita Notae ad Lucium Ferraris V. Annus Probationis. fol. 116. col. 1 N. 9. & 10. Item Notae Cit. loc. V Moniales fol 130 col. 1. n. 17. Defectus Explorationis Voluntatis non irritat

Receptionem & Admissionem ex Decretis S. Congregat. Concilij Fagnano c. Cum accessissent. cit. n. 31 et in c. qui Presbyterum, cit num 84. Signatelli tom. 6. consult. 85. n. 211.

§ II.

De Clausura Monialium, et ejusdem Visitatione et Jurisdictione Episcoporum et Regularium ex Trid. Sess. 25. De Regular. C. 5.

Quamvis Clausura ante Bonifacium VIII solum fuerit sub consilio, per illius tamen Constitutionem Cap. Periculoso. Un: de Statu Monach. in 6. & Concil. Trid. cit. loc. indicta est sub Praecepto omnibus Monialibus sub Poenis in Jure statutis, si qua illam violaverit. Est autem vi Tridentini cit. loc. Omnibus Episcopis tanquam Sedis Apostolicae Delegatis praeceptum, ut Clausuram Monialium, ubi violata fuerit, diligenter restituant, et ubi inviolata est, conservari maximè procurent. Episcopus potest visitare Clausuram, et Monasteria Monialium Regularibus subjectarū etiam inconsultis, et irrequisitis earum Superioribus Regularib. ex S. Congregat. Concilij in Conimbricensi die 26 May 1640. Apud Barbosam ad Sess. 25 de Regular. & Monialib. C. 5 num 18 ibi: „ S. Congregatio Concilij censuit Episcopum Conim„bricensem utpote S. Sedis Delegatum potuisse quoad Clausurā

Monasteriorum Monialium Conventus de Cellas Ordinis Cisterciensis
Regularibus ejusdem Ordinis Subjectarum Visitare, etiam adhunito
secum Vicario Generali, et Confessario earundem Monialium;
Monialesque ipsas in iis quæ ad eandem Clausuram pertinent
Examini subjicere, remotis etiam suspicione violatæ Clau-
suræ ac quacunque Superiorum Regularium negligentia
ipsisque inconsultis ac insuper eidem Episcopo licuisse
Rectorem Collegii dicti Ordinis ex supra dicta causa ino-
bedientem declarare in poenam Excommunicationis, ac alias
comminatas incurrisse. 4

Quoad talem autem Visitationem debet Episcopus observare
sequentes Resolutiones Sac. Congreg. Concilii.

I. Resolutiones ad dubia à P. Francisco de Monelia Ord.
Min: de Observ: Procuratore Generali proposita Sac. Congreg.
Concilii 19 Jan. 1686.

1. An Episcopus Visitaturus Clausuram Monialium Regula-
ribus Subjectarum teneatur ante accessum ejusdem monialibus
præfinire Diem et horam Visitationis?

2. An in Ecclesiis earundem Monialium non Curatis
Visitare possit SS. Sacramentum, Oleum Infirmorum, Confes-
sionalia, Sepulturas, ac Reliquias inibi existentes? et quatenus affirmative.

3. An in Casu Resistentiæ Monialium possit fores Ecclesiæ
frangere, Tabernaculum Violenter aperire, Ecclesiam interdi-
cere, et Eucharistiæ Sacramentum ad aliam Ecclesiam transferre?

4. An Episcopo Monasteriorum Clausuram Visitare Volenti

dictæ Moniales teneantur erigere in Ecclesiâ exteriori vel interiori sedem cum Baldachino vel solummodo sufficiat illi Stratum præparare in utrâque Ecclesiâ?

5° An Episcopus dictam ~~Ecclesiam~~ Visitaturus Clausuram præterquam Convisitatores possit pro suo libitu secum ducere intus Monasterium alias Personas sive Ecclesiasticas sive sæculares indeterminatè vel in certo vel præfixo Numero?

6 An Episcopum dictorum Monasteriorum Clausuram Visitaturum teneantur omnes Moniales excipere personaliter cum Cruce & Cantico Benedictus et Processionaliter?

7. An Dictæ Moniales teneantur in ipso Clausuræ ingressu adornare Stratum, ibique Genuflectenti Episcopo Monialis aliqua porrigere debeat Crucem deosculandam?

8 An Episcopus Clausuram ingressus possit pro suo libitu convocare dictas Moniales omnes in Choro interiori, aut alio loco, et ad eas Sermonem habere?

9 An absolute & indifferenter Visitare possit Cellas dictarum Monialium, etiam quoad non pertinentia ad Clausuram?

Ad quæ die 10 Jan. 1686 Sac. Congreg. S. R. E. Cardinal Concilij Trid. interpretum Respondit:

Ad 1mum Negative. ad 2dum censuit, Dandum esse Decretum in Florentinâ Juris Visitandi tenoris infra scripti: An Archiepiscopus seu de ejus mandato Vicarius Generalis possit Visitare Ss. Sacramentum olea Sacra, Confessionalia, et Sepulturas in Ecclesiis Monialium Regularibus Subjectarum? Die 29 Julij 1684 S. C. C. Respondit Negative

nisi in his, quæ concernunt Observantiam clausuræ, et quatenus non adsit legitima consuetudo in contrarium.

Ad 3tium Negative nisi in casibus spectantibus ad Clausuram.

Ad 4tum Sufficere Præparationem strati.

Ad 5tum Servandas esse Constitutiones Apostolicas Gregorii XIII Bulla 15o dubijs quæ emergunt, "nos omnem hæsitationis materiam tollere, et viam scandali præscindere ac sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore Autoritate Apostolica declaramus Prælatos omnes tam sæculares quam Regulares quibus cura et Regimen Monasteriorum monialium quovis modo incumbit facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demum uti posse, si id faciant in casibus necessarijs, et a paucis iisque senioribus ac Religiosis personis comitari."

Ad 6tum Negative. ad 7mum Itidem Negative

ad 8vum posse. ad 9num Negative. Et insuper Decreta S. Congregat. Episcopor. et Regular: quæ heic dantur, pro ut referuntur ab Em: Petra Tom. 5. Comentar. ad Constitut. 4. Callisti III Sect. 2. n. 143 V. Resolutio. ibi: Resolutio itidem novissima Congregationis Episcoporum et Regularium fuit in Nucerina Paganorum, inter Episcopum et Moniales Ordinis Prædicatorum Monasterij Exemti in dicta Civitate existentis et proposita fuerint infra scripta dubia:

1. An Episcopus in concernentibus ad Observantiam Clausuræ toties quoties expedire judicaverit, possit visitare Monasterium Monialium S. Annæ subjectarum P.P. Ord: Prædicatorum?

2 An possit Visitare Earum Ecclesiam, Comunicatorium et Crates Confessonarij quoad Concernentia Clausuram?
3 An possit nedum Visitare Crates et Moenia exteriora Monasterij, sed etiam Chorum interiorem, Dormitoria, Cellas, aliaq; loca pro Clausurae Custodia?
4 An possit indutus Stola super Rochettum et Mozzetam solum cum suis Convisitatoribus ingredi, et Visitare Clausuram Monialium absque interventu Prioris, et alterius antiquioris Religiosi?
5 An Episcopus Volens possit in actu Visitationis habere sermonem Spiritualem Monialibus tam intra quam extra septa Monasterij?
6 An Episcopo sit per Priorissam tradenda Notula Nominum Monialium, educandarum, & Ancillarum, tempore Visitationis?
7 An possit Episcopus Occasione Visitationis Singulas Moniales et unamquamq; Separatim interrogare et examinare circa Observantiam Clausurae?
8 An tam Regulares, quibus Subjectae sunt Moniales, quam etiam Saeculares teneantur ab Episcopo obtinere Licentiam alloquendi Moniales?
9 An possit Episcopus insimul cum superiore Regulari revidere Computa atq; recognoscere statum Oeconomicum Monasterij?
10 An Censurae Sustineantur in Casu etc.
11 An constet de attentatis, & quomodo sint purganda?
12 An et quomodo Sit providendum quoad Ingressum Conversarum in locum ultimo loco defunctarum in Casu etc.

Die 7ma July 1724 Sac. Congreg. Episcop. & Regularium his Dubijs Respondit:

Ad 1 usque ad 10mum inclusivè Affirmativè. ad 11mum Negativè
Ad 12 providebitur post Revisionem Status Oeconomici.

II. In Vnâ Salisburgensi Clausuræ Monialium Gracij 9 Novem: 1710 Subjectarum Regimini P.P. Reform: S. P. Francisci.

Cum nuper de Mense Februario proximè præterito revenissent ad Electionem illarum Abbatissæ, accesserunt ad crates Monasterij Superior Regularis dictorum P.P. nec non Deputatus ab Archi Epp͠o ad præstandam eorum assistentiam ejusmodi Electioni, quâ quidem peractâ præfatus Superior Regularis fas sibi duxit ingredi Clausuram Monasterij, et in Refectorio Monialium promulgare Electionem Abbatissæ, eamque per traditionem Clavium, Sigilli et Regulæ Confirmare, ac Exhortationes ad ipsas Moniales habere. Id porro resciens Consistorium Archi Episcopale Salisburgense reputans, tales actus repugnare Salutaribus ac Regularibus Legibus Clausuræ signanter inductis per Sac. Concil. Trid. Cap. 7. sess. 25 de Regular: ac per Constitut: XVIII Inscrutabili, Gregorius XV recursum habuit ad hanc S. Congregat. pro Declaratione â quâ requisitus desuper pro informatione Procurator Generalis supra dict. P.P. in Curiâ degens retulit, difficultatem non Versi circa actum Electionis, in quo Vetatur ingressus Electioni præsidenti, sed dispositionem prælaudati S. Concilij & Bullæ Gregorianæ, sed agi de actibus diversis Publicationis nempè et Confirmationis Abbatissæ electæ de quibus autumat non loqui S. Concilium nec Bullæ prædictæ eoque magis Concurrente Consuetudine immemorabili Vigente, ut ait, in Monasterio, ut latius ex ejus Relatione danda in Summario. Hinc concordato inter partes infra scripto dubio, illud hodie ipsis Monialis proponitur E. E. V. V. ex deducendis prudenter resolvendum:

An Superior Regularis Monasterij Monialium S. Claræ Civitatis Gracij

ingredi possit Clausuram dicti Monasterij post Electionem Abbatissæ ad peragendam exhortationem, & publicandam Abbatissæ Electionem Monialibus in casu? S. Congregatio distulit propositionem die 29 Nov: 1710 die vero 10 Jan. 1711 Respondit Negative et amplius.

III. In Vna Aquilana Visitationis 31 July 1723.

Dubia ad calcem hujus Restrictus referenda respiciunt Visitationem ab Episcopo Aquilano faciendam in Monasterijs Monialium Ordinis Celestinorum, et quæ sunt Subjecta Superioribus ejusdem Ordinis, cumque Jura partium hinc inde circumferantur, mei muneris esse censeo, innuere tantum Decreta quæ in Regestis hujus S. Congreg. invenire potui, quæque conducere possunt ad dictorum Dubiorum Resolutionem.

Sacrum Concilium sess. 25. de Regular. C. 5 in Monasterijs Monialium etiam exemtis, et quæ Regularibus subjecta sunt, commisit Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, ut procurarent Clausuram Monialium, ubi violata fuisset, restitui diligenter, et ubi inviolata est, conservari. Et Gregorius XV in sua Constitut. 18. Bull. Tom 4. § 2. addit, ut Episcopi adversus inobedientes et contradictores procederent per censuras Ecclesiasticas & alias poenas. Et § 4. quod Regulares delinquentes circa Clausuram Monialium licet sibi subjectarum puniri possint & corrigi ab Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis. Et Alexander VII in sua Constitut. 153 Bull. Tom. 6 Superioribus Regularibus quibus incumbit cura et Regimen Monasteriorum Sanctimonialium prohibuit ingressum in ea, nisi ex causa Visitationis localis, et hoc semel in anno, et

casu

casu quo necessitas urgeat, pluries eodem anno ingrediendi, statuit quod ingrederentur, nisi cum Præsentia Episcopi Dioecesani, vel alterius Personæ Ecclesiasticæ ab eodem deputatæ.

Aquisitio ab Episcopis jure delegato Visitandi quoad Clausuram Monasteria Monialium Regularibus subjectarum exorta est controversia: An liceret Episcopis Visitare Altaria, quibus cura animarum Personarum Regularium non incumbit, aut Ss. Eucharistiæ sacramentum, seu Tabernaculum, & Loca in quibus excipiuntur Confessiones Personarum Sæcularium?

Et Responsum fuit Negative, uti habetur ex Resolutione hujus S. Congregat. impressa ad calcem Constitut. Gregor. in Respons. ad 1 Dubium. Actum subinde fuit de novo et occasione explendi dictam Visitationem, & interroganti de prædictis Eppo Conimbricensi S. hæc Congregatio die 20 May 1640 L. 6. Decret. pag. 384 à tergo sic Respondit: Sacra etc. censuit Eppum Conimbricensem uti Sedis Apostolicæ Delegatum potuisse quoad Clausuram Monasterium Conventus ad Cellas Ordinis Cisterciensis Regularibus ejusdem Ordinis subjectum Visitare etiam adsumto secum Vicario Generali, et Confessario ejusdem Monasterij Monialium, Monialesque ipsas in iis, quæ ad eandem Clausuram pertinent, examini subjicere, Remotis etiam suspicione Violatæ Clausuræ, ac quacunque superiorum negligentia, ipsisque inconsultis et irrequisitis. Episcopum ad Beneplacitum Visitare posse Clausuram Monialium etiam Regularibus Subjectarum decisum fuit in Una Tortonens. 1602, Imo si officij Ratio postulaverit, potest

ingredi

ingredi Clausuram illarum, singulas alloqui, & eas examinare in his quæ ad illam pertinent, sub Comitatu tamen honestorum & graviu Virorum.

Anno 1684 die 29 Febr. Episcopus Aquilanus monito Procuratore Generali Congregationis Celestinorum supplicavit declarari: An Episcopus in Visitatione Monasteriorum Monialium subditarum Abbati Collis Madij Congreg. Celestin. teneatur Vocare Abbatem? Sed cum instantiâ propter angustiam temporis non fuerit in dictâ Congregatione proposita non invenio in Regestis, quod imposterum de eâ unquam actum sit. Die 29 Jun. 1684 uti habetur L. 34 Decret. fol. 235 instante Archi Episcopo Florentino fuerunt in S. Congregatiõe proposita & Resoluta dubia quæ sequuntur:

1. An Archi Eppus seu de ejus mandato Vicarius Generalis possit Visitare Ss. Sacramentum, olea sacra, Confessionalia, et sepulturas in Ecclesijs Monialium Regularibus subjectarum?

2. An Valeat easdem Moniales Communicare?

3. An possit ingredi earundem Monialium Clausuram cum Pluviali & Stolâ?

4. An omnes Moniales teneantur processionaliter cum Cruce et cum Cantico Benedictus obviam Venire ingredienti Vicario, & Visitare Volenti Clausuram?

5. An in Visitatione & ingressu Clausuræ teneantur Vicarij Grales secum ducere Priorem & Confessarium dict. Monialium?

Ad hæc Dubia sic Responsum fuit:

Ad 1. Negativè nisi in his quæ concernunt observantiam Clausuræ & quatenus non adsit Legitima Consuetudo in Contrarium. Ad 2. Affirmative Dummodo Moniales Velint. ad 3tiũ. 4tum et 5tum Negativè. Hæc sunt præcipua quæ in Regestis ad Materiam facientia invenire potui, ijsdem autem præsuppositis Onus erit

onus erit in præsenti Emᵉ E. V. V. decernere.

1 An Episcopo accedenti ad Visitationem Monasterioru Monia-
=lium P. P. Celestinis Subjectarum debeantur in ingressu Solitæ
honorificentia ac præeminentiæ omnesque actus Reverentiales ac
associari tam in Ingressu, quam in Egressu Ecclesiæ à præ-
=dictis Patribus Cælestinis?

2 An Moniales prædictæ teneantur tradere Episcopo Vi-
=sitanti Librum Regularem, et similiter subire ad solitas crates
onus personalis Visitationis quoad Clausuram spectantis?

3 An Episcopus possit solus cum suis Visitatoribus ingredi
et Visitare Clausuram prædict. Monialium absque interventu Abba-
=tis Celestinorum?

4 An possit Episcopus Visitare nedum crates et mœnia ex-
=teriora prædict. Monast. sed etiam eorum interiorem Dormito-
=ria, cellas, aliaq. loca pro Clausuræ custodia?

5 An possit Episcopus nedum Visitare altaria occasione Vi-
=sitationis aut Capellas Ecclesiarum prædict. Monast. in quibus
Beneficia aliaq. onera Missarum insunt, Verum etiam Taber-
naculum cum Altari Majori?

6 An possit Episcopus occasione Visitationis habere sermo-
=nem spiritualem prædictis Monialibus tam intra qm extra
septa Monasterii?

Respondit S. Congregatio ad 1 Affirmative quoad Mi-
=nistros Officiales Monasterii et quoad Confessarium ejusdem Ordinis.
Ad 2 Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secun-
=dam partem. Ad 3. 4ᵗᵘᵐ et 6ᵗᵘᵐ Affirmative. ad 5 Negative

IV In Vnâ Lyciensi Clausura 22. Sept: 1742.

In Civitate Lyciensi tum alia, tum duo extant sanctimonialium Monasteria sub auspicijs alterum Visitationis, alterum Nativitatis B. V. Mariae, quorum spiritualem Curam gerunt Fratres Ord: Praedicat. ibidem in Conventu S. Joannis de Aymo degentes. Cum autem occasione hujus Regiminis inter istos, et Provinzcialem ejusdem Ord: unâ ex parte, et Curiam Episcopalem ex alterâ parte plurimae exortae sint Controversiae, plura oportuit ad illas dirimendas subscribere dubia, quae summam quaestionum inter Collitigantes excitatarum satis aperte exhibent. Eorum itaque Examen rogantur Eminentmi PP. operoso labore aggredi ac ex Juribus utrinque circum-ferendis sapiendi quo solent, oraculo pronuntiare.

(1 An Episcopus Visitans Clausuram Monialium Regularium subjectarum ingredi possit cum Pluviali & stola?

(2 An Episcopo Visitare Volenti Clausuram dict. Monasteriorum Moniales teneantur erigere in Ecclesia Exteriori sedem cum Baldachino vel solumodo sufficiat illi stratum praeparare in utraq. Ecclesia?

(3 An Episcopum dict: Monasteriorum Clausuram Visitare Volentem teneantur Moniales omnes excipere processionaliter cum Cruce & Cantico Benedictus?

4 An Prior Provincialis possit ad formam Constitutionis Alexandri VII Clausuram interiorem Visitare septa Monasteriorum Monialium sua Curae subjectarum ingrediendo absque licentia Eppi & quatenus Affirmative?

5 An Episcopus saltem debeat certiorari de die & horâ Visitationis, et â quo?

6 An Prior Provincialis pro Visitatione Clausuræ interioris possit in Convisitatorem assumere Patrem Vicarium earundem Monialium, vel quemlibet alium fratrem sui Ordinis maturæ ætatis absque licentiâ Eppi vel ejus Certioratione?

7 An idem Prior Provincialis Visitationem personalem Monialium Monasteriorum exemtorum sui Ordinis valeat facere ad Crates dandum?

8 An idem Prior Provincialis ab Eppo impeditus, ne talem Visitationem ad Crates faciat, eandem facere possit ad Confessionale vel ad Fenestrellam Ss. Comunionis?

9 An eandem Visitationem alibi faciens veluti ad Confessionale vel ad fenestrellam Ss. Comunionis incidat in poenas Constitut. Alexandri VII?

10 An Eppus directe vel indirecte impediens talem Visitationem incidat in poenas Constitut. Clementin. de statu Monach.

11 An Prior Conventus S. Joannis de Atyno ord. Prædicat. Civitatis Lyciensis et Vicarius Ordinarius dict. Monasteriorum absque licentiâ Eppi Locutorium ingredi possit ad visitandas Crates, ne Moniales absque debitâ licentiâ Clandestinè sæculares et Regulares alloquantur?

12 An iidem absque Licentiâ Eppi Locutorium ingredi possint ibiq[ue] cum suis Monialibus loqui, an vero solumodo, quando sit exigit exacta administratio sui Officii?

13 An Prior Provincialis vel ejus Vicarius dict. Monast. aut alius quicunque Religiosus absque licentiâ Eppi possit in Confessionario

extraordinario sedere, ibique Monialium Confessiones ex-
-cipere?

14 An in Confessionario Ordinario vel extraordinario possit easdem Moniales exhortari & audire?

15 An Superior Regularis Vestibus Sacris indutus associando Puellam habitu Ordinis initiandam absque licentia Eppi possit in atrio Clausuræ /: qd omnibus patet:/ ingredi, ibique Puellæ Bene-
-dictionem dare? An vero sistere debeat in Viâ Publicâ ante Januam Clausuræ exterioris & qatenus Affirmtvè ad 2.partem?

16 An hoc idem in habitu Ordinis agere possit in ingressu et eggressu Puellæ tam eiucandæ quàm Ancillæ?

17 An salvo Jure Eppi una simul cum Superiore Regulari revidendi Computa dictorum Monasteriorum possit Superior Regularis absque Licentiâ Eppi Locutorio interesse tempore quo à factore /: qui Procurator nuncupatur:/ Coram Monialibg deputatis mensatim recitantur Computa in Libro Majori reportanda?

18 An in quibuscunque Contractibus tam activis qam passivis per Notarium in Locutorio Rogandis /: salvo Jure Eppi tribuendi licentiam pro Rogatione eorundem:/ possit Superior Regularis interesse eisdem Contractibus absque licentiâ Eppi?

19 An in absentiâ Superioris Regularis Confessarius rema-
-neat Vicarius dictorum Monasteriorum?

Sacra Congregatio Respondit ad 1 Negative quoad Pluvia-
-le, & affirmative quoad Stolam. ad 2o Sufficere præpara-
-tionem Strati. ad 3 Teneri Moniales excipere Episcopum

Sine Processione, Cruce, & Cantu. ad 4 Affirmative semel tantum in anno ad formam ejusdem Constitutionis. ad 5 Episcopum certiorandum esse per Custodem Clausuræ. ad 6 affirmative servata forma prædicta Constitutionis. ad 7 Affirmative et ab Episcopo non esse impediendum. ad 8 provisum in septimo ad 9 Affirmative. ad 10 Recurrant in Casibus particularibus. ad 11 & 12 affirmative in Casu tantum quo ita postulat exacta administratio Officij. ad 13 & 14 Negative. ad 15 affirmative ad 1mam partem & Negative ad 2dam ad 16 ut ad 15. ad 17. 18. & 19 affirmative & amplius in omnibus.

V. In Una Wormatiensi Jurisdictionis & Visitationis 14 May 1746.

Ortis inter Eppalem Curiam Wormatiensem & P. Abbatem Eberacensem Ord: Cisterc: Causa Monialium Monasterij Mariæ Münster ejusdem Ordinis pluribus Controversijs oblati fuere ab eodem Abbate libelli S. Congregationi Epporum & Regularium à quâ auditus fuit Eminentmus Elector Trevirensis, uti Eppus Wormatiensis sed delatâ Causæ hujus universæ Cognitione ad hunc amplissimum Ordinem auditus fuit Vicariatus Wormacensis, et Causa nunc septem Capitibus collecta, quorum lectione facile est eam Conjicere Eminentmis PP. definienda proponitur. Monemus tamen à P. Abbate Eberacensi & Monialibus Monasterij Mariæ Münster nondum datum fuisse libellum Jurium. Capita Controversiarum Sunt hæc:

1o An Eminentmus Ordinarius Wormatiensis seu ejusdem Vicariatus possit inhibere Regularibus Abbatiæ Eberacensis

Ord: Cisterciensis, ne sine praviâ ejus approbatione excipiant confessiones Monialium Monasterij Marien Münster, ejusdem Ord:?

(2 An Eminentmus Ordinarius habeat jus interessendi et praesidendi Electionibus Abbatissarum dicti Monasterij!

(3 An liceat eidem Eminentmo Ordinario petere Rationes administrationis Bonorum ipsiusmet Monasterij?

(4 An eidem Eminentmo Ordinario competat jus explorandi Voluntatem Puellarum admittendarum tam ad habitum quam ad Professionem in dicto Monasterio? Et quatenus Affirmativè.

5 An occasione dictae Interessentiae Redditionis rationis teneatr Monasterium ad aliquas expensas pro Ministris Curiae Eppalis Wormatiae, sive ex quocunque alio titulo?

(6 An praefati Regulares et Moniales cogi possint per Mulctas peccuniarias in praedictis?

7 An licita fuerit exactio centum Imperialium facta à Roma Vicariatu Wormatiensi, seu potius teneantur dictam summam Monasterio Marien Münster restituere, et oia damna reficere in casu?

Dilata et proponatur in 1ma July etiam unicâ Wormatiens. Jurisdiction. 9. July. Proponitur haec causa in hâc Congregatione ~~habita die 14~~ Imperio Sacri hujus Senatus qui in dicta Congregatione habita die 14 superioris mensis May rescripsit = Dilata et proponatur in 1 July etiam unica = = et Poterunt itaque amplissimi Dni PP. solum illius Congregationis consulere ut septem, quae sequuntur, Controversiae capita definiant.

1 An Eminentmus Ordinarius Wormatiensis seu ejusdem Vicariatus possit inhibere et oia ut supra de Verbo ad Verbum

Respondit autem Sacra Congregatio:

Ad 1. 2. 3. & 4tam Affirmative ad 5m Negative. ad 6 Affirmative ad 7. affirmative quoad 1 ptem et Negative quoad 2. ptem.

Wormatiensis Jurisdiction 27 Augusti eod. anno.

Causa haec nostra novam Dilationem postulante Abbate Eboracen-si proposita et Definita fuit in Congregatione habita die 9 transacti mensis July. Controversiae Capita septem erant, ut supra notavimus. Responsum dederunt Eminentmi P.P. ut supra notatd. Posthac Abbas Eboracensis non solum audiri postulavit, sed nova etiam dubia Disputanda proposuit. Augetur itaque nunc Onus amplissimis P.P. accessione aliorum Capitum quae heic subjiciuntur.

1 an standum vel recedendum à decisis sub die 9 July anni currentis 1746? et qatenus affirmativè ad 1mam ptem.

2 An ad actum Electionis conscribendum admitti debeant Notarius vel Cancellarius Curiae Eppalis Wormatiensis seu potius Secretarius Abbatis Regularis tantum?

3 An posita facultate per Constitutionem Gregorianam Epis-copis concessa interessendi & praesidendi Electionibus Abbatissaru per se vel per alium liceat Eminentmo Ordinario Wormatiensi interesse & praesidere per plures Comissarios ab ipso deputatos.

4 An completa Canonicâ Electione liceat eidem Eminentmo Ordinario vel ejus vices gerenti Neo electam installare, eique processionem dignitatis & Officij Abbatialis tradere?

5 An ipsi Eminentmo Ordinario competat Jus denuntiandi et determinandi Diem Electionis faciendae seu potius Revmo P. Abbati Eboracensi? & quatenus Negative quoad 1. partem, et affirmative quoad 2dam partem.

6 An elapsâ die præfinitâ & nemine comparente ex parte Eminentmi Ordinarij liceat Reverendmo Abbati Eboracensi ad Electionem in casu?

7 An ipsi Eminentmo Ordinario competat jus, abbatissas electas confirmandi?

8 An post mortem Abbatissæ liceat Revdmo Ordinario claudere, & proprio sigillo obsignare cubicula Abbatialia atque de substantiâ Monasterij inventarium conficere in casu? et

= Dilata & proponatur omnino in prima.

= Wormatiens. Jurisdiction 17. septemb. eodem anno. In ultmâ amplissimi Ordinis Congregatione habita die 27 Mensis August. placuit Eminentmis P. P. in hâc rescribere = Dilata et proponatur omnino in primâ. = = Proponitur itaque nunc & ad eam expediendam ejusdem Congregationis folium iterum consulere poterunt.

Dubia sunt ut immedte supra: = = Resolvit S. Congregatio. Ad 1.2.3.4.5. indecisis & amplius. ad 6. & 7. ad mentem. ad 2. Negative quoad 1 partem, & affirmative quoad 2 partem. ad 3 Negative. ad 4 Negative. ad 5 Negative quoad 1 partem, affirmative quoad 2 ptem. ad 6 affirmative. ad 7. Negative, ad 8vum Negative.

VI In Vnâ Florentinâ 29 July 1688 Archieppus postulavit declarari, an in Visitatione & in Ingressu Clausuræ teneantur Vicarij Generales secum ducere Priorem & Confessarium dictarū Monialium? cui Responsum fuit Negative. Verum inquit Benedictus XIV Institut. Ecclesiast. 29 de Visitatione Monialium V. posthac ut Voluntatis nostræ studium testemur, etiam in Moniales quæ potestate Regularium reguntur ante quindecim dies tempus Visitationi constitutum indicabimus. Insuper illarum præsidem

Regularem et Confessarium, ut nobiscum intersint, prius admonebimus, cum ad Visitanda Coenobij Claustra accedemus, ut, siquid statuendum sit, ipsorum pariter Consilium adhibeatur. et infra: Gregorius XIII Eppum ad Moniales accedentem valde comendat, si ipsum aliqui Regulares comitentur. Postmodum subjungit: quod Exceptio Monialium ad S. synaxin, Visitatio Tabernaculi SSmi et Olei Infirmorum solum intelligat quoad Moniales Episcopo subjectas, non autem Regularibus.

Interdictum Monialibus ob Clausuram, ne pueri & puellæ grandiōs ob teneram ætatem inscij ingredi permittantur. Benedictus XIV ibidem. V. delatum nobis fuit. estque in Usu receptum Romæ. Consonat Trid. sess. 25. cap. 5. ibi: Ingredi autem intra septa Monasterij nemini liceat, cujuscunque Generis, aut conditionis, aut sexus vel ætatis fuerint. et sæpe declaravit S. Congregatio Epporū & Regular. sub poenis Clausura violatæ incurrendis, signanter in Pistoriensi 24 Feb. 1579 et Abbatissa quæ hoc permittit, privatur Officio, voceque activâ: In Unâ S. Severini 8 May. 1595.

Facta quoque est Prohibitio Generalis ne Caniculi, Masculi & Femellæ in Monasterijs Monialium habeantur. Ex S. Congreg. Episcop: & Regular: pluries & cumprimis in Justinopolitanâ 12 septemb. 1651.

Prælati Regulares ob Causam Visitationis locales solum semel ingredi possunt in anno, ita, ut in eo anno quo unus ex memoratis Superioribus visitavit, alter abstineat, donec annus elapsus sit; vel si ob urgentem Causam pluries fieri debeat, fiat de licentia Eppi, eo, vel ejus deputato præsente. Nec ipsi nec ejus socij ullam Refectionem sumere possunt intra Clausuram.

Nec Visitatio ante ortum solis incipiatur, nec post Occasum solis terminetur. ita Alexander VII in Constitut. Felici. Sacrarum Virginum Statui. Si superior Regularis supradictis contrafecerit, ipso facto Poenam Excommunicationis, & Privationis omnium Officiorum quae obtinet, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, vel alia imposterum obtinenda Vocisque activae & Passivae absque alia Declaratione incurrat: Et nihilominus nullis Privilegijs & exemtionibus se tueri possit, quo minus ab Eppo Loci, tanquam ad hoc Sedis Apostolicae Delegato quoties & quando opus fuerit, corrigi & puniri valeat. Si extra necessitatem ingrediantur, ligantur Excommunicatione Majori, et privantur omnibus officijs. Gregor. XIII in Constitut. Dubijs.

§ III

De Electione & Confirmatione Abbatissarum.

Et Statu Oeconomico Monasteriorum Regularibus subjectorum.

Ex Tridentino sess. 25 de Regular. C. 6. & 9. praemittendum ex Pasferino. Tract. de Electione Abbatissarum. C. 40. / Praeses in Electione Abbatissa, cujus Monasterium curae Regularium subjectum est, una cum Superiori Regulari est Eppus vel per se vel per alium ex Constitutione Gregorij XV Inscrutabili 9. Feb. 1622. Circa hanc Praesidentiam Eppi sequentia sunt adnotanda.

1 quod sit nuda praesidentia, quae importat, quod Eppus vel ejus delegatus assit tanquam Praelatus ac superior Authoritatem habens, ad quem spectat attendere, ne in Electione aliquid vel contra S. Canones, vel contra utilitatem Monasterij fiat. Ideo tota Electio

coram eo fieri debet, et ad eam habet Jus consentiendi, ita, ut sine suo consensu Electio nec fiat, nec confirmetur, Unde licet superioris Regularis sit, judicare, An Abbatissa sit eligenda ex alieno Monasterio, Vota recipere, Electionem confirmare vel cassare, et per se ipsum omnia illa exercere, quæ ipsi ante Constitutionem Gregorii XV competebant, nec in his Præsidentia Eppi diminuit Authoritatem ac Jurisdictionem superioris Regularis, sed ad eum privative spectant, sicut ante Constitutionem; Nihil tamen ex his potest fieri dissentiente Eppo, sed Electio fieri debet præsente Episcopo vel ejus Legato, ita, ut omnia ea videre et audire possit in quibus Consistit Electio; secus posset Electioni contradicere, et ad ejus instantiam cassanda esset. Constat ergo quod Præsidere in Eppo importet munus, Electionem dirrigere tam quoad formam quam ex pte Electæ per modum superioris et Judicium ferre quoddam superius, an omnia juxta Canones & in utilitatem Monasterii facta sint, ita ut omnia in effectu fiant non inconsulto, et Contradicente Episcopo, et nisi conveniant Eppus & superior Regularis, negotium ad S. Congregationem devolvetur. Sic in casu practico planius hæc dicta patesunt. Solus Prælatus Regularis suadente necessitate præcipere potest, ut eligant Moniales Abbatissam ex alio Monasterio, sed hoc non potest præcipere inconsulto & Contradicente Episcopo, et licet hoc præceptum antecederet Electionem, dum tamen postea celebrabitur Electio, si Episcopo videatur non convenire, ut eligatur aliqua ex alieno Monasterio, etsi præceperit Superior Regularis, factum non subsistet, et nisi conveniant, negotium devolvatur ad S. Congregat.

Ita Passerinus Tract. de Elect. Abbatiss. C. 40. n. 18.

(2) S. Congregatio Concilii Respondens ad dubia circa hanc Constitutionem emanantia declaravit, hanc Potestatem praesidendi competere solis Eppis intuitu Dignitatis Eppalis cum exclusione Praelatorum inferiorum proprium licet Territorium ac Jurisdictionem quasi Eppalem habentium, ita ut his talis praesidentia non competat. Econtra competit Vicario Eppi in ejus absentia per S. Congregat. Concilii in Avenionensi 13 Decemb. 1639. Cum Eppus possit per alium interesse, sicut Sede Vacante Vicario Capitulari, qui tunc Vices Eppi gerit. Passerin cit.

(3) Vi hujus Constitutionis & Declarationis S. Congreg. Concilii tenentur Praelati Regulares Significare Ordinario Diem Electionis Abbatissarum sibi Subjectarum, ut per se vel per alium intervenire, si velit, et ipsum expectare ad diem Episcopo Significatum, si expresse declaraverit, se uti velle facultate sibi concessa, ac per se vel per alium intervenire et praesidere. Alioquin si ante tempus Significatum ad Electionem procederent, posset Episcopus in ipsos animadvertere, et eos punire. Sequitur ex hoc clare 1 quod, ubi dies a jure non est determinatus pro Electione, eundem praefigere debeat Superior Regularis, nam ei solum praecipitur, ut Diem Electionis Significet. Colligitur (2 quod si Episcopus vult interesse debeat id expresse declarare, ut ex praefato Decreto habetur. Colligitur, 3 quod si Superiores Regulares deficiant vel non significando Diem Electionis Eppo, vel eum volentem & declarantem se velle praesidere, non expectando, illi Regulares puniri possint, Non autem Moniales, de quibus Decretum non loquitur. Et insuper Electio ab Eppo taliter Contemto vel poterit rata haberi, et tunc subsisteret Valor,

Vel annullari, et haberi ut nulla conformiter ad Decretum S. Congreg. Epporum & Regular. in Barensi 28 May. Vid de his Passerin cit. loc. n. 20. Et consectario Electio hujusmodi penderet à Voluntate Eppi Contendi ut notat Pignatelli Tom. 8 Consult. 120. Si autem Eppus Vocatus et monitus de tempore Electionis noluerit Venire per se Vel per alium tunc Superior Regularis se solo potest ad Electionem procedere quæ esset Canonica & Valida. Ex Declarat. Concilij in Neapolitanâ 4 May 1678.

4. Vi hujus Constitutionis Gregorianæ ex Vi Præsidentiæ talis minimè competit Eppo Vel ejus Vicario Vel Delegato, ut secum ducat ad interessendum Notarium ex cit: Declarat. S. Congreg. Concilij 4 May 1675. Nec potest Cancellarius interesse seu assistere scrutinio, nec durante Electione et scrutinio permanere in Ecclesiâ. Ex Declar. ejusdem Congreg. in Tiburtinâ 26 April. 1727, quin imo in loco Electionis nemo potest esse præsens, nisi Superior & scrutatores ac Eppus Vel ejus Delegatus.

5. Nec ei Vel ejus Delegato competit recipere Vota Monialium sed illa debent exquiri & accipi à superiore Regulari, sciente tamen et audiente Eppo Vel ejus Delegato. Ex Declar. S. Congreg. Concilij Urbaniæ 10 Septemb. 1639 et 10 Febr. 1650. neque potest per se Vel per alium adnotare Vota Monialium ex Declar. S. Congreg. Episc. & Regular. 10 Junii 1671. Neque potest Moniales ante actum Electionis personaliter audire et interrogare in Materia ad Electionem spectante; ipsius enim tantum est, in actuali Electione præsidere; Sic non potest examinare prævie, an expediat eligere ex alieno Monasterio, Casu, quo, in tali Monasterio non adesset quadragenaria, sed hoc privativè spectat ad Superiorem Regularem, cui per Concil. Trid. sess. 25. c. 7. de Regular: competebat, antequam Eppo per Constitutionem Gregorianam competeret

Præsidentia, sed ut dictum cum Dependentia à Consensu Eppi, cujus Videre est an expediat, eligere ex alieno Monasterio, et eam Confir-mari, et sic sine Eppi Consensu non potest superior Regularis ulti-matim decernere, et facere. Passerin cit. Loc. n. 16. ex Rescripto S. Congreg. ad Eppum Anconitanum 4 8bris 1638. Neque pt publicare et Confirmare electas Abbatissas, sed hoc privative spectat ad immediatum superiorem Regularem ex Declarae S. Congreg. Concilij ad Dubium Ratione Constitutois Gregorianæ propositum apud Fagnanū in C. cum capella 16 de Privi-leg. ad dub. 5. & apud Passerin. Tract. de Elect. Abbatiss. C. 40. n. 14. & 16.

6 Debet Eppus præsidere absq ullâ Monasteriorum impensâ ex cit. Constitute Gregorij.

7 In Casu, quo Moniales non Convenirent in Electie Abbatissæ non potest tempus Monialibus ad Concordandum statuere, vel Abbatissā nominare vel deputare, quia isti actus Superiori Regulari privative competebant, ante Bullam Gregorianam. Passerin cit. loc. n. 17.

8 Nec Eppus, nec superior potest ferre Suffragium in Electie Abbatissæ, quamvis Vota Monialium essent paria, et Moniales in Electie non concordarent. S. Congreg. Epprū & Regular. 5. Martij 1519. et S. Con-gregat. Concilij 23 May 1621. nisi foret Consuetudo legitime pscripta in oppositum, ut Videre est apud Passerin cit. loc. n. 19. Certe superior non deberet suffragari ex Rationabilissimis Causis, sed deputare eis debet certum tempus, in quo possent Concordare; quodsi elapso hoc tempore non convenirent in Eligendo, tunc superior deberet eam nominare, quam judicaverit magis Idoneam, & deputare in Abbatissam ex Declarat. S. Congreg. Epprū & Regular. in Unâ Cremonensi 22 8bris 1592. & In Assisiensi 20 Novemb. 1595. & in Melphitan. 3. August. 1696. Passerin cum allegatis cit. loc. n. 17.

9. Nec Episcopus, nec Superior Regularis possunt Monialibus Contra

libertatem, aliquam vel aliquas determinate eligendas proponere, cum aliarum habilium exclusione, vel praecipere ut eligant ex proposito determinato Numero Personarum: Imo nec ex determinato Genere limitando libertatem contra Jus comune.

10 Moniales non possunt Compromittere in Eppum aut superiorem Regularem, sed earum electio celebranda est per Vota secreta sicut Superiorum Regularium per Trident. Sess. 25. Cap. 6. de Regular. Excipitur Compromissum limitatum, quia hoc exigit scrutinium secretum. Nec potest Monialis suum suffragium cedere Praesidenti, ut illud ejdem medipsi redonaret, vel in aliam, cui placeret, conjiceret. In posteriori Casu non esset satis secreta, et multarum esse posset causa suspicionum ac querelarum.

I. Sacra Congregatio Eminentiss. Cardinal. S. Concilij Trident. Interpretum 26 April. 1727. in Una Tiburtina = S. Concilium Tridentinum Sess. 25. C. 6. de Regular. praescripsit, ut in Electionibus Abbatissarum per Vota secreta procedatur. Et Cap. 7. quod Eppus, sive alius Superior Claustra Monialium non ingrediatur, sed ante Cancellorum fenestellam Vota singularium audiat, vel accipiat, ita ut Electio, si fieret sine praedicta qualitate Votorum secretorum, nulla esset juxta litteras Concilij cit. Cap. 6. et Resolutiones hujus S. Congreg. apud Pirellum decision 161 per totum, et signanter n. 34 cum advertentia tamen quod secreta Electioni non officiat, si eadem expleatur per Vota singularium Monialium oretenus expressa coram superiore juxta Resolut. S. Congregat impressam apud Zerolam in Praxi. p. 1. in Verba: Abbatissa. ad 6. et etiam coram duobus aut tribus alijs Personis adhibitis non tanquam simplicibus testibus sed tanquam scrutatoribus obstrictis Lege secreti ut late allegatis Resolutionibus hujus S. Congreg. prosequuntur Gallemart ad C. 6. supra cit. Garzias de Benefic. P. 5. C. 14. n. 190. Belli sar in Manual. Regular. Tom. 2.

Tom. 2. Tract. 10. Cap. 10. N. 99. Dasserin de Elect. C. 6. N. 6. & 7. Monacell. in formular Tom. 3. pag. 188 N. 9. & 10. & cum additione in Ordine ad ingressum sive ad prohibitionem ingressus intra Claustra Monasterij, ut eadem sibi locum non Vendicet, quando magna concurreret necessitas evitandi scil. subordinationem Vocalium aut alia adesset consimilis circumstantia ut habetur apud Galemart. ad C. 7. in Remission. & latè prosequitur Eminentmus Cardinal. Petra ad Constitut. Apostolic. Tom. 4. pag. 478.

Procedendo ad Tramites S. Concilij Trident. Eppus praeesse deberet Electioni Abbatissae, quae fit à Monialibus ei subjectis, et exemtis à Jurisdictiẽ Eppi. Sed aliter Res se habet modò post Constitutiem 18. Gregor. XV in quâ cautum est, ut in Monasterijs exemtis Eppus una cum Superioribg Regular: per se vel per alium interesse valeat: et praesidere Electionibus Abbatissarum citra ullam tamen Monasteriorum Impensam ut habetur in Constit. cit. §. V Tom. 4. Bullar:

Pleraque inter Praelatos Regulares et Eppos exorta sunt Dissidia occasione harum Electionum quibus tamen Sac. Congregationes occurrere non destiterunt; Resolutum enim fuit: (1 quod Regulares tenerentur Eppo significare diem Electionis, et eum usque ad praefinitum tempus expectare, si declaraverit, se velle uti facultate interessendi et psidendi p se vel p alium; Eumdemqz Eppum post Declaraem animadvertere posse in Regulares, qi ante tmpus significatm aut die Electionis ei n pnuntiato pcedunt ad Electiem, uti habetr ex Resoluoe impressâ in calce Constit. Gregor: Adduntqz D.D. declarationem fieri debere ab Eppo in synodo vel alio modo deducendam ee ad notitiam Regulariu, & Electiem aliter factam ee validam, sed volente Eppo nullam ee. ut habetr apud Marcell. in formul. legal. Tom 3. pag. 187.

2 Resolutio fuit: Non posse Eppum in Electione Abbatissae Monialium exemtorum exquirere Voluntates Eligentium juxta Resolutionem impressam apud Lantusca. in Theat. Regul: V. Abbatissa.
3 Non posse ipsum exquirere, seu recipere Vota Monialium sed illa esse exquirenda & recipienda à superiore Regulari sciente tamen et audiente eodem Eppo juxta Resolut. editam in causa Urbaniens. die 10 7bris 1739 Lib 13 Decret. pag. 238.
4 Non posse adnotare Eppum suffragia, cum id non pertineat ad ipsum nec ad ejus Vicarium Generalem, neque ad ejus Cancellarium Generalem juxta Resolut. S. Congreg. Epporum & Regular: 19 Junj 1671. apud Matheuci in Official. C 1. n. 10, ita ut haec Receptio sive adnotatio reservata videatur Praelato Regulari uti prosequitur Bellisar. in Manual. Regular. Tom 2 Tract. 10. C 10 N. 96.
5 Non posse Eppum aut Praelatum Regularem suffragium dare in hisce Electionibus, et Electionem in Vim hujusmodi factam Vires non obtinere juxta Resolut hujus S. Congregat. editam 1621 et impressam apud Castillin. de Electione C 11. sub n. 28. & apud Tamburin de Jure Abbatiss. Disp. 28. q. 6. n. 6.
6 Et ultimo Confirmationem Electionis non pertinere ad Eppum juxta Resolut: hujus S. Congregat. impressam post Constitut. Greger. in Respons. ad 5. Consequenter pertinere ad superiorem Regularem tanquam Praelatum immediatum uti prosequitur Matheuci loc. cit. n. 11.
Sola deinceps supererat Difficultas de Notario: haec autem sublata fuit per h. S. Congreg. die 4 May 1675 in una Neapolitana. Electionis Abbatissae l. 29 Decretal. pag 65 à tergo. ibi post editam Constitutionem Inscrutabili à Gregorio XV Consuevit Archi Eppus Neapolitanus p tempore /:ut narrat Eminentissimus Cardinal Cacciol.:/ interesse Electionibus Abbatissarum Monasteriorum Regularibus subjectorum adhibito ultra se ipsum Vel Vicarium

etiam Notario, qui gesta adnotaret ac fidem de his faceret ne Res alioquin maneret sub Dispositione Superiorū Regularium, si Controversia super Electione & nullitate decurrisset, atque ne Ordinarij interessentia frustranea redderetur, hoc non obstante Superior Monasterij Reginæ Cœli ex Canonicis Regularibus in Electione nuper facta noluit admittere Notarium, & quamvis Vicarius Generalis de nullitate protestaretur, ad Electionem processit, allegans pro se Declaraoem hujus S. Congreg. tenoris sequentis:

„ Urbaniens. 10 7bris 1639. = Censuit = Eppum in Electione Abbatissæ Mo-
„ nasterij Monialium Regularibus subjectarum non posse exquirere
„ seu recipere Vota Monialium, sed illa exquiri & recipi debere
„ à Superiore Regulari sciente tn & audiente Episcopo."

His stantibus Eminentmus ArchiEppus citato P. Procuratore Generali in Curia instat declarare: 1. An in Electionibus Abbatissarum possit etiam Notarius ArchiEppalis una cum Vicario Grali interesse? 2. An dicta Electio facta absque interessentia Vicarij & Notarij sit Vra Stiluem praedictam & pptereà nulla?

S. Congregaõ dictj ad Utrumque Respondit Negative.

Hisce minimè obstantibus cum Eppus Tiburtinus in sequelam antiquæ consuetudinis prætendat Electionibq Abbatissarum praficiendarum Monasterijs Pro: Min: Observant: subjectis suum Cancellarium assistere debere, non qdem ut adnotet Vota, vel ea audiat, sed longe à loco scrutinij, et prope Januam Ecclesiæ stet, eo modo quo alij adstant fratres ultra Provincialem vel Superiorem Regularem, vel Disquisitores. Huic autem prætensioni se opponat P. Provincialis Provinciæ Romanæ ex juribus circumferendis. Disputabuntur E.E. V.V. ~~discernere~~ decernere.

1. An in Electionibq Abbatissarum in Monasterijs sub Disciplinâ Regularium Min. de Observantiâ possit Eppus secum conducere Cancellarium? & quatenus Affirmative?

2 An liceat eidem Cancellario interesse et assistere scrutinijs ac Electioibus Abbatissarum quæ fiunt in Monasterijs Monialium Ord. Min de Observ: Thyburis? et quatenus Negative?

3 An saltem dictus Cancellarius durante scrutinio permanere possit intra Ecclesiam in casu? ... Ad 1 Affirmative. ad 2 Negative ad 3. Nec Cancellarium nec fratres excepto Superiore, et Scrutatoribus permanere posse intra Ecclesiam.

II. In Maronensis Jurisdictionis 9 7bris 1733.

Volens Eminentmus Pereyra Episcopus interesse Antistita in Coenobio Monialium Cistercienslium, quæ à Religiosis ejusdem Ordinis reguntur Itemque reposcere Rationes Administrationis Bonorum, ac denique Examini subjicere, et approbare eos, qui excipiendis ipsarum Monialium confessionibus destinati sunt, Contradictores expertus est, præsides ejusdem Cisterciensis familiæ. Itaque ad hanc S. Congregat. Adversa deducta est.

Quantum attinet primum, extat Constitut. 18 Gregorij XV Inscrutabili. Bullar. Tom. 4 ibi §. V. ita cavetur: ac similiter possit Eppus una cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatissarum Priorissarum, Præfectarum vel præpositarum eorundem Monasteriorum, quocunque nomine apellentur, Electionibus per se vel per alium interesse ac præsidere absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum Impensa.

Itaque in Conimbricensi die 16 July 1639 ad 4 dubium rescriptum fuit: Eppum præsidere debere ad præscriptum Constitutionis S. m. Gregorij XV de Exemt. Privileg. Electioni Abbatissæ vel Priorissæ Monasteriorum Monialium etiam exemtorum à Jurisdictione ipsius Eppi ut lib. 16 Decret. pag 235. atque ita etiam Respondit S. Congregatio Hieracen. Visitationis 26 Jan 1692 ad 8vum Dubium, ubi tamen etiam fuit decretum, non fuisse Gregoriana Constitutione attributum Eppis jus confirmandi;

confirmandi Abbatissas, quarum Electioi p[rae]sidere possunt, si Monasteria ab Ordinarij Jurisdictione exemta sint, ut in lib 42. Decret. pag. 45. Quo vero ad explorandam administrationem Bonorum ad ipsa Monasteria spectantium eadem Bulla Gregoriana sic habet § V. Sed et administrantes Bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut praefertur, etiam Regularibus Subjectarum pertinentia, sive Regulares extiterint, sive saeculares quomodolibet exemti Episcopo loci, adhibitis etiam superioribus Regularibus, singulis annis Rationes administrationis gratis et in exigendas reddere teneantur ad idque Juris Remedijs cogi et compelli queunt.

Circa id tamen modum adhibendum explicavit S. Congregatio in dicta Hieracensi Visitatione 26 Jan. 1692. disceptato enim dubio: An possit Episcopus administratores Redditum Monasterij exemti ad Redditionem Rationis compellere non vocatis Superioribus Monasterij, eosdemque administratores removere, quatenus iidem superiores interpellati id renuant facere.

Responsum fuit = ad 1.um quoad primam partem Negative. quoad secundam Affirmative. ut lib 42. Decret pag. 46.

Denique quoad Regulares Confessionibus Regularium destinatos in eadem Constitutione Gregoriana XV. cit. § ita statuitur: Confessores vero sive saeculares sint, sive Regulares, quomodocunque exemti tam ordinarij quam Extraordinarij ad Confessiones Monialium etiam Regularibus Subjectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Dioecesano idonei judicentur, et approbationem quae gratis concedatur obtineant. Idque etiam indixit Clemens X in Constit. 7 Superna § 4. his verbis: Religiosos Generaliter approbatos ab Episcopo ad Personarum saecularium Confessiones audiendas nequaquam censeri approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione, aliquos approbatos pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterij minime posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterij.

Itidemq Confessores extraordinarios semel deputatos atq approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas haud posse expleta Deputatione in vim approbationis ejusmodi illarum Confessiones audire, sed toties ab Eppo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit. Haec cum satis clara & aperta sint pro Eminentmo Eppo, Duae tn objectiones à Regularibq proponuntur. Altera depromitur ab Apostolico Brevi, Urbani VIII. qui 1626 jussit supsederi Executioni memoratae Constitutionis Gregor XV in Lusitaniae Regno, donec aliter vel à se vel à successoribus provisum fuit.

At Respondet Eminentmus Eppus hujusmodi suspensionem jam cessasse, ac de medio sublatam fuisse, cum per Decretum hujus Congreg. editum 1639. sub eodem Pontifice Urbano VIII in C. Conimbricens demandata fuit Executio ejusdem Gregorianae Bullae, cumqz etiam postea Clemens X ad removendas Contentiones & Controversias circa ipsam Gregorianam Constitutionem subortas, legem Gralem illam tulerit, quam continet cit. Constito. Objiciunt praeterea Cistercienses, non consuevisse hactenus Eppos Olisiponenses sese interponere iis, de quibus Jus sibi competere putat Eminentmus Pereyra. Verum ex quo alii praedecessores Antistites usi non fuerint ea potestate, qua uti potuisset censeri nequit: at inquit Eminentmus Pereyra: abrogata facultas ipsi quoque attributa à Pontificiis illis Constitutionibus. Non semel enim declaravit haec S. Congregatio nullam esse habendam Rationem de Consuetudine contraria iis, quae in Bulla Gregoriana sancita sunt. Siquidem in Cadurcens. 20 July 1658 ad 2dum Dubium ita rescripsit: Confessarius etiam extraordinarius Monialium etiam Regularibq subjectarum Post Constitutionem Gregorii XV hac de Re editam nullatenus posse earum confessiones audire, nisi prius ab Eppo Dioecesano idoneus judicetur

et adpbetur, non obstante Consuetudine Utraria quacunque, ut in Lib. 19 Decret. pag. 60. In Unâ Neapolitana Exactionis Radum 11 Martij 1673 proposito hoc dubio: An non obstante praetenso non Usu liceat Eminentmo Archi Eppo ad formam Constitutionis Gregorij XV exigere Raões administraõis Bonorum Monialium Regularibus Subjectarum? Responsum fuit Affirmativè ut in lib. Decret. 28 pag. 40.

Postremo In Unâ Vratislaviens. 30 Jan. 1723 definitum fuit: Approbaõem Confessariorum pro Monialibus Subjectis Abbati Lubensi Ord. Cisterc. petendam ab Ordinario esse non refragante Consuetudine Contraria, quam Abbas Contendebat immemorabilem. ut in Lib. 73. Decret. pag. 31 & Rectè quidem quia in praedicta Bulla Clementis X § 9. expresse derogatum fuit alicunque Consuetudini etiam Immemorabili. quare in Constitut. S. M. Innocij XIII pro Hispanis Regnis edita: Apostolici Ministerij § 18 sic cautum legitur: Meminerint quoque Regulares, se excipere non posse Confessiones Monialium, tametsi eorum Regimini et Gubernio subjectae sint, nisi ultra licentiam suorum Praelatorum Regularium praecedat Examen coram Eppo Dioecesano faciendum, ejusque Specialis quoad Confessiones Monialium dictarum adpbaõ, Remotâ quacunque Utrariâ Consuetudine etiam immemorabili. pertinet igitur ad Em. Em. V.V. determinare.

1. An Eminentmus Eppus interesse possit tam per se quam per alium Electionibus Abbatissarum vel Priorissarum Monasteriorum Monialium Regularibus Ord. Cisterc. subjectarum?

2. An liceat eidem petere Raões administraõis Bonorũ ipsorum Monasteriorũ? 3. An eidem Eminentmus Ordinariq possit inhibere Regularibus, ne sine praeviâ adpbaõe excipiant Confessiones Monialiũ etiam subjectarum Regimini ipsorum Regularium non obstante Asserto Brevi

Brevi Urbani VIII atque prætensâ consuetudine in casu? 1733. 14 Novemb
eadem causa iterum producta fuit = Pharaonens. Jurisdictionis:
1 An Eminentmus Eppus interesse possit tam per se quam p alium
Electionibus Abbatissarum, Priorissarum &c ut supra in primis.
2 An liceat eidem petere &c. 3 An eidem Eminentmo Cardinali &c
Respondit S. Congregatio Affirmative in omnibus.
Quantum ad Confirmationem Abbatissæ hæc minime ad Eppum pertinere
dignoscitur, sed ad illum Prælatum Regularem Respective, cui subjecta
sunt Monasteria. Ita constat ex Declaratione S. Congreg. Concilij Tridenti
super Constitutione Gregorij XV ad quæsit. 3. seu ultimum. An in illis
verbis: Possit Eppus Electionibus per se vel p alium interesse absque ullâ
in ipsorum Monasteriorum impensâ, Jus Abbatissas Confirmandi Eppis
attributum censeatur. Respondit ad ultimum: Jus Confirmandi Abba-
tissas minime fuisse Eppis per Constitutionem attributum. Et Responsum
fuit à Pontifice approbatum ut videre est in Concilio Trid. impresso cit.
sess. 25 post cap. 11 de Constitution: Inscrutabili allegati Pontificis. patet
etiam ex præcit: Resolut. in unâ Tiburtin. ad 6. & in unâ Worma-
tiensi ad 4. & 7. supra § praeced: sub num. 5. hoc intelligendum non
solum quoad spiritualia, sed et quoad temporalia, cum e p Confirmationem
tribuatur Jurisdictio, ut Authores communiter tradunt, sicut Eppo nulla e
attributa Jurisdictio ultra casus expressos de Professione, Clausura Vi-
sitatione Electione Abbatissæ et Confessarij etc quoad temporalia in Mo-
nasteria exempta, sic nec Confirmationem dare pount in temporalibus.
Colligitur ex Trid: cit. sess. 25 c. 9 et ex Declaratione conjunctis. Unde et
Barbosa in Collectaneis ad Concil: Trid: sess. 25. c. 9. n. 2. & 3. ait. ait:
Moniales sedi Apostolicæ subjectas ab Eppo tanquam sedis Apostolicæ dele-
gato esse gubernandas, spirituali, non temporali Gubernio. Quin imo

nec ad Regulares spectat Regimen Temporalium, nec Superiores Religiosi deputare possunt administratorem temporalium ad Moniales spectantium conformiter ad Bullam Gregorian. Inscrutabili. Observandum insuper quoad Regimen Abbatissarum, quod Constitutio Gregorij XIII: Exposit debitu. 1 Jan. 1583 qua cautum est, Abbatissam tenere posse solum p Triennium suum Abbatiatum, et tunc vacare à Die finiti Regiminis p Triennium, solum intelligatur de Monasterijs intra non extra Italiam. testibus Rodriquez quaest Regular. q: 16 art. 2 Tamburin de Jur Abbatiss. Disp. 31. q. 1. n. 12 Ita Notae ad Luc Ferraris in sua Biblioth. V. Electio art. 1 n. 9. et 10. Circa Statum Oeconomicum Constitutio Gregorij XV Inscrutabili ita habet: "Administrantes Bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium ut praefertur etiam Regularibus subjectarum pertinentia, sive Regulares extiterint, sive saeculares quomodolibet exempti Eppo loci, adhibitis eum Superioribus Regularibus singulis annis Rationes administrationis gratis tn exigendas reddere teneantur, ad idque Juris Remedijs cogi, et compelli queant; liceatque Eppo ex Rationabili causa, superiores Regulares admonere, ut ejusmodi – – – administratores amoveant, iisque superioribus id facere detrectantibus ut negligentibus habeat Eppus facultatem – – amovendi, quoties, et quando opus esse Judicaverit. Neque quoad hoc à Regularibus non usus aut opposita consuetudo praetendi pot, cum non obstante quacunque consuetudine Eppus Rationes temporalium exigere poterit, prout S. Congregatio Concilij in Una Neapolitana 11 Martij 1673 resolvit. ut videre est in instituit. Eccles. Benedicti XIV. Inst. 29 fol 76 et seq.

Et. 2. Nihil tn obin exigere posse Eppum constat ex praefat. Constit. et ex ijs, quae § I dicta sunt de Examine ante Investitionem atque Professionem.

§ IV

De Accessu ad Monasteria, Alloquutione, atque Confessarijs Monialium.

Accessus ad Monasteria Monialium Strictam clausuram observantium sine ratio͞bli causâ & legitimâ facultate ē p͞hibit9. ex Cap. Monasteria 8 De Vit. & honest. Cler. et C. periculoso Vn. de Statu Regular in 6. innovato in Trid: sess. 25. de Regular. C. 5. & S. Pio V in Constitut. Circa Pastoralis Officij, ita ut taliter accedentes Ordinarie peccent graviter, eo͞q ordinarie talis accessus fiat cum scandalo, aut inordinato fine aut Assensu sup͞iorum. Si tamen raro fiat absque similibus circumstantijs, peccant solum venialiter. Decernit insuper S. Cgregatio Epp͞rum & Regular: in Bononiens. 26. 9bris 1601. quod accessus ad Moniales ab Ordinario possit statui pro casu Reservato quia attingit Materiam Clausuræ. Quod alloquutio monialium absq debitâ licentiâ Ordinarij & sæcularibus & cum primis Regularibus sit p͞hibita, cstat ex pluribg Resolutio͞ibg S. Congreg. Epporum & Regular: et signanter ex Decreto Sixti V 1590 & Urbani VIII. 1623. Et quidem possunt peccare graviter, Si absque debita licentia talis alloquutio fiat etiam ex ratio͞bli causâ, ut decrevit S. Cgregatio Cilij in Spoletana 26 Nov: 1672, ita ut pro notabili tempore statuatur hora quadrans cum dimidio. ex Resolut. S. Cgreg: Cilij 11 Maij 1669 app͞bante Clemente IX. Possunt enim Regulares coerceri poenis, Excomunicatiōe, Privatiōe Vocis activæ & Passivæ & alijs ibidem. Excepti sunt sup͞iores q͞bus cura incumbit Monasterij; Confessarius Ordinarius et Extraordinarius, quamdiu suum exercent Officium ex allegatis Decretis. Pauperes quoque Eleemosynam petentes secluso dolo ex tacitâ licentiâ accedere et alloqui possunt. Vide plura in Lucio Ferraris V Moniales art. 4 ubi nota ex alienâ manu addunt, quod Epp͞us vel alter sup͞ior Ordinarius decernere valeat

Regularibus quibuscunque etiam non conjunctis alloquendi Moniales ex P. Gaudentio à Janua. de Visitatione Tom. 1. C. 4. Dub. 11. Sect. 4. n. 28, et Sub Nomine Monialium etiam venire Novitias recte ibi probatur, ut earum accessus et alloqutio aeque prohibita noscatur.

Confessarios ad Monialium Confessiones excipiendas deputatos debere habere Specialem approbationem ab Episcopo, constat ex Constitut: Gregorij XV. Inscrutabili et ex Declaratione Congreg: Concilij super eam facta ad 9 quaesit. et quidem pro eo Monasterio, pro quo deputatur ex Constitut. Clementis X. Superna. et Declaratione cit. Congreg: quod etiam extenditur ad Confessarios Extra ordinarios bis aut ter in anno offerendos Monialibus, Secus ejusmodi Confessiones erunt irritae & nullae ut paulo post exponetur. Neque istam approbationem specialem infringere valent Regulares per Consuetudinem contrariam etiam immemorialem ex Decret. Congregat. S. Concilij in Carocens. 12 July 1618 in Responsio ad 2 propositis his verbis: ad 2dum Confessarios etiam extra ordinarios Monialium etiam Regularibus Subjectarum post Constitutionem Gregorij XV. hac de re editam nullatenus posse earum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Dioecesano idonei judicentur, & approbentur non obstante quacunque contraria consuetudine. Lib 19 Decretor: pag. 6. ita ut nullus Confessarius etiam tempore Jubilaei approbatus pro saecularibus sine speciali approbatione pro Monialibus excipere possit Monialis Confessionem ex cit. Constitut. Gregorij XV. Et Clementis X. Et pro ultimo Jubilaeo declaravit Benedictus XIV. Insuper nulla Monialis ut ut exempti & Regularibus Subjecti Monasterij, Sentiens, se non gravatam peccato mortali, potest de venialibus valide Confiteri Sacramentaliter Sacerdoti non approbato ab Ordinario ad audiendas Confessiones Monialium ex Rescripto S. Congregationis Concilij in Januens. 9 Jun. 1657 Vide Ferraris V. Approbatio art. 3. n. 14.

Major Difficultas est, an etiam ipse superior Regularis Monialium

40 Exemptarum v.g. Provincialis debeat habere talem specialem approbationem pro
suis respective subditis Monialibus, quae ei confiteri volunt? Sententiam
affirmativam tenet Bellizarius tract. de Monial. C. 10 sect. 3 N. 166
Eadem Congregatio sub die 13 Nov: 1637 respondit: <u>Non posse</u>. Accedit
Decisio S. Congregationis edita in dictae Constitutionis declaratione, in respons. ad
6. quae S. Congregatio posito sub numero septimo hoc quaesito:
" An superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem
" electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessio-
" nibus Sanctimonialium sibi subjectarum audiendis? Sic etiam
" respondit: ad septimum superiores Regulares electos seu deputa-
" tos ante ipsius Constitutionis publicationem quibus alioquin facul-
" tas competat audiendi confessiones Monialium sibi subjectarum, posse,
" durante eorum officio pergere sine alia Episcopi approbatione in confessio-
" -nibus audiendis, illarum tantum, quae sponte ac proprio motu id
" ab eis petierint. At vero eos, qui post Constitutionem eligentur,
" aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis seu digni-
" tatibus expleto jam tempore a Constitutionibus cujusque ordinis vel alias
" legitime praefinito ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse
" sanctimonialium confessiones audire, nisi prius a Dioecesano Episcopo
" idonei judicati, atque approbati fuerint." Insuper declarans
Confessiones monialium auditas a talibus superioribus Regularibus sine approbatione
Episcopi esse nullas, ut patet ex responsione ad hoc 8vum quaesitum: 8. An
Confessiones quas audiunt superiores electi seu deputati vel confirmati
post publicationem et scientiam tenoris dictae Bullae non obtenta Episcopi
approbatione, sint nullae atque irritae, nec ne? Ad Octavum, Confessiones
hujusmodi nullas atque irritas esse. apud Fagnan. in Cap. <u>cum capella</u>
16. de Privilegiis fol. 257. Et quod non possint Superiores Regulares

A neque ipsi Generales audire Confessiones Monialium sibi subjectarum sine approbatione Episcopi iterum declaravit S. Congregatio Concilii. Nam proposito Dubio per parte Abbatis Generalis Valumbrosanorum, An ipse posset audire confessiones Monialium sibi subjectarum absque praecedenti approbatione Episcopi Dioecesani? Eadem Congregatio sub die 13 Novemb. 1637 respondit non posse. Verior tamen videtur Negativa. Sapienter enim Salmanticenses tradunt in append. Tract 6. de Bulla Cruciata. c. 6. pag. 129 num. 75. dicendum est, Praelatos Regulares scil: Generales et Provinciales non indigere approbatione Episcoporum, ut Confessiones Monialium, quae ipsorum Regularium Jurisdictioni subduntur, licite et valide excipere queant ut decidit Benedictus XIII in Constitut: Pastoralis officii Sollicitudo § 8. Oro: 119. Bullarii Romae impressi ubi sic legitur: // ab hujus-// modi tamen Lege et ordinatione ..... Eximimus Superiores Generales // sive Provinciales cujusvis ordinis Regularis, quibus, ut Confessiones // Monialium sibi subjectarum duntaxat absque hujusmodi speciali approbatione // Episcopi Dioecesani audire licite et valide possint, permittimus et // indulgemus.// Lucius Ferraris in sua Biblioth. Tom. 8. supplement. 2. V. Approbatio num. 2. Edit. Roman. fol. 107. Quod huic Resolutioni opponi posset, inde desumitur quod Clemens XII 1732. in Constit. Romanus Pontifex edit. eodem anno die 30 Martii. Similes Constitutiones Benedictinas intra terminos concluserit, qui a Jure Communi, Tridentino Concilio et superiorum Pontificum Sanctionibus praescribuntur, neque Regulares uti possint Privilegiis in similibus Constitutionibus concessis. Verum cum haec Constitutio Clementina sit Retractatoria ultra Constitutiones in ea expressas, extendi non debet. Haec autem Constitutio Benedicti XIII Pastoralis Officii. in cit. Constitutione minime est expressa, proin haud poterit recenseri inter Revocatas, cum expresse inibi nominentur Constitutiones revocatae. i Paterna 1725. Ratio Apostolici

42. Monasterij 1726. Singularis Devotio. exponi nobis nuper. Vitæ et Morum Integritas. Libenter. 1727. Loca sancta. Ex quo Sedes. Suma decet. Pretiosus una cum declaratione ejusdem. Exponi nobis 1729 In Sede eodem anno. Unde et Eminentmus Cardinalis Constantiensis circa Moniales Provinciæ nostræ Respondit: quis dubitet, quin superior Monialium Confessiones possit et debeat audire? pariter erga nullum, qui à superiore fuerit mihi vel meo officio præsentatus nominaliter ero difficilis. Observanda enim est Resolutio Novissima S. Congregationis Concilij in Coloniensi 16 Nov: 1720, ubi de Edicto Archiepiscopi in quo nonnullos casus reservaret, proposita fuere dubia huc spectantia: An Confessarij Monialium exemptarum, et Prælatis Regularibus subjectarum possint easdem extra mortis periculum absolvere à casibus Episcopo reservatis; Et Responsum Affirmative præterquam quoad casus, quos Episcopus sibi reservaverit in materia clare spectante ad Jurisdictionem delegatam, seu in quibus procedit Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus.

Non possunt Moniales recusare Confessarium ordinarium vel extraordinarium, nisi assignata justa causa Recusationis, quia comparatur Confessarius Parocho, quem ex justa causa populus recusare potest. arg. c. ut circa exactiones 4. de Elect. in 6. Sed extra ordinarium etiam sine causa Recusare possunt, nullum alium petendo loco ipsius; cum enim sit in favorem ipsarum, huic favori renuntiare possunt, secus si alium peterent, & ut talem Personam recusarent.

Potest Episcopus ex justa & Rationabili causa superiores admonere, ut Confessores sive ordinarium sive extra ordinarium Monasterij eorum Jurisdictioni subjecti amoveant, et si superiores id facere detrectent, aut negligant, potest ipse amovere, quoties & quando opus esse judicaverit, prout expresse statutum est in Constitutione Gregorij XV Inscrutabili §.

liceatque Eppo. Nec tenetur Eppus significare causam amotionis superioribus Regularibus, ut expresse decrevit S. Congregat. Concilii in Responsis ad 123 Dubijs circa Constitutionem: inscrutabili. resolutis, adprobantibus eodem Gregorio XV & et Urbano VIII 1623. dictum dubium receptum fuit his verbis: 43.

Duodecimo cum in eadem Constitutione statutum sit, ut liceat Eppo ex rationabili causa superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores monialium atque administratores Bonorum ad earundem Monialium monasteria pertinentium, ijsque superioribus id facere detrectantibus, habeat Eppus facultatem praedictos Confessores, & administratores amovendi, quoties & quando opus esse judicaverit, an ejusmodi causam Eppus significare teneatur?

Respondit ad Duodecimum, non teneri ejusmodi causam significare superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, et prudentiae Epporum, quorum conscientias S. Congregatio oneravit, ne facultate sibi in hac parte attributa quoquo modo abutantur, cujus rei in districto Dei Judicio rationem reddituri.

Circa Confessarium extraordinarium salubriter statuta legimus in Constitutione Benedicti XIV Pastoralis cura. ord. 56. 1748. 9 August. Ibidem 1 salubriter ordinatur unus Confessarius ordinarius pro quolibet monasterio 2 juxta Trid. sess. 25 de Regular. C. 10 omnibus monialibus strictam clausuram tenentibus bis aut ter in anno offeratur Confessarius extraordinarius, ad quem omnes accedere debent ad suspiciones tollendas, et ut saltem salutaria capiant monita, ac Benedictionem accipiant. Idem intelligendum mandat circa Moniales clausurae legibus non adstrictas in unitate tamen viventes, 3 ex n. 1. istum Confessarium extraordinarium deputare debet superior ille, ad quem spectat eligere & deputare ordinarium, Episcopus sibi subjectis & superior Regularis pariter sibi subjectis dummodo sit ex approbatis ab Eppo loci, licet moniales non petierent aut non essent desuper sollicitae; & si superior Regularis in hoc negligens fuerit,

ad Eppum spectabit supplere negligentiam, et dare Confessariū extraor-
-dinarium, si vero Eppus officium suum prætermiserit, Major Poeniten-
-tiarius supplebit re delatâ. 4. ex N. 30. Vi Tridi Confessor extraordinarius
datur toti Cōitati. Si aūm Monialis in articulo mortis p suâ Consolaōe
Spirituali, petat Confessarium, licet jam bis aut ter deputatus fuerit qidam
præter Ordinarium annuendum erit â supiore, secus Eppus supplere de-
-bebit. Idem observandum si Monialis ēm extra mortis piculum, et
haud infirma renuat Confiteri Ordinario, agendum, et p excipiendâ
Confessione talis Monialis tot Vicibus quot expedire Videbitur eundem
deputet. 5 quanquam Tridūm solum bis aut ter in anno pcipiat Mo-
-nialibus offerre Confessarium extraordinarium, non tn prohibet quin possit
sæpius offerri Exemplo S. Francisci Salesij et Cardinal. Barbadici Eppi
Patavini. Caveat ne in hoc sint Difficiles Eppi ad dandum Confessarium
extraordinarium peculiaribus Monialibus petentibus hortantur, nisi Mo-
-nialis postulantis, aut Confessarij requisiti qualitas aliter faciendū suadeant.
Idem fundamentum spectat ad supiores Regulares quoad Moniales ipsis subjectas.
6 ex N. 3. qualitates Confessarij extraordinarij: id fortius urget de Ordinario:
sequentes describuntur: ætatis Maturitas, morum integritas, specialis appro-
-batio ab Ordinario loci. 7 pro Monialibus Eppo subjectis ordinarius solet
ēē ex Clero sæculari, nisi aliud Consuetudine introductum fuerit, Extra-
-ordinarius sæpissime adsumitur ex Clero Regulari. Pro Monialibꝫ Re-
-gularibus subjectis ordinarius est ex eodem ordine, nisi aliud ob
Circumstaās Monasteriorum usus exerat. Extraordinarius aūm ēm ēē pōt
ex alio ordine, aut ex Clero sæculari, licet usque modo n̄ fuerit
obligatio ex Decret. S. Cgreg. diēj 16 7bris 1595. Si aūm Eppus in casu
negligentiæ supiorum Regularium Extraordinariū designaverit, nullâ Lege

adstringitur, ut sumat ex eodem ordine, sed potest designare vel idoneū Presbyterum saecularem vel ex alio ordine Regularem. (8. procusum est sub Innocentio XIII Decretum S. Congreg. Conc. insertum Apostolicis litteris ejusdem Pontificis quarum initium est: Apostolici Ministerii 13 May 1723 confirmatum à Benedicto XIII. quod sic habet: Cum ex eodem Concilio Trid. confessor extraordinarius bis aut ter in anno offerri monialibus debeat, qui omnium confessiones audiat, si imposterum superiores Regulares quoad Monasteria ipsis subjecta toties praedictum extraordinariū confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem Ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint sacerdotem aut saecularem aut Regularem, alterius diversi Ordinis Professorem, in his casibus Eppi pro sui arbitrio & conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo aut praetextu à superioribus Regularibus valeat impediri. Quod Decretum cum ex mente Benedicti XIII jam effecerit facta lex universalis, Bn Benedictus XIV hac sua constitutione ad omnia monasteria monialium Regio urbis instar extensum decernit, et omni apellatione remota in casu negligentiae ad Eppos spectat, talem confessarium extraordinarium, vel è clero saeculari vel ex alio ordine Regulari designare, si pensatis rerum circumstantiis ita expediens esse judicaverint. 9 Hunc confessarium extraordinarium ordinarius confessarius nullo modo impedire potest, multo minus praesumat, sub id tempus alicujus monialis sive superiorissae sive alterius etiam Novitiae sacramentalem confessionem audire, secus nerilis poenis à superiore exercendus foret. 10 Extraordinarius ~~etiam~~ vero confessarius si officium suum expleverit, ad idem Monasterium ulterius accedere aut ullius Generis commercium intra ipsum quomodocunque continuare et fovere, etiam

sub spiritualis causæ, aut necessitatis obtentu et colore audeat aut præsumat, sub poenis adversus accedentes ad Monasteria monialium et cum ipsis conversantes præsertim Regulares.

Appendix
De Tertiarijs.

Circa Investitionem & Professionem Tertiariarum clausuræ Legibus non adstrictarum Eppo nulla facta est Potestas Examinis, eo quod non attingatur clausura, in quâ agit ut Delegatus S. Pontificis. Idem est quoad Visitationem talium Monasteriorum, Electionem superiorissæ & statum Oeconomicum, quia Constitutio inscrutabili. loquitur de Monialibus clausuræ Legibus adstrictis, nec circa hoc quidquam statuit Benedictus XIV in Constitut. Pastoralis curæ cit. sed tantum de confessario. Accessus & allocutiones ad moniales strictam clausuram non observantes, licet non sint tam rigidè & sub poenis ijsdem prohibiti, attamen in his observantia quoque laudabilis statuatur, ut ædificationi Secularium, & quieti monialium ad recollectius Deo servientium studeatur. Leo X in Brevi ad Gralem et Provinciales: accepimus siquidem 13 Feb. 1514. De hujusmodi inggressu & allocutione ita loquitur. Et pariter ad Tertiarias in Congregatione viventes ad quas accedere, licitum prohibitum non sit, tamen propter scandalum quod intervenire potest, non sine nota forte incontinentiæ et ultra Religiosam honestatem ac in pacis & spiritualis quietis monialium læsionem & offensionem obligat superiores, ne frequentes ingressus permittant, aut relaxent, sed ut omnia ordinent, quæ spectant ad observantiam & honestatem etiam quo ad fratres et eorum

Confessarios. Wadding. Tom. 15. in Regest. Pontific. Constitut. fol. 667.

Circa Clausuram istarum Monialium Tertii Ordinis in unum Collegi
aliter Viventes Sub tribus Votis essentialibus optandum equidem esset
quod Constituo 8. S. Pii V. in observantiam deduci posset ad multas molestias
et incursiones praevertendas, quâ Jussit ut Eppi cum superioribus Regularibus
ad Clausuram redigerent Monasteria omnia, et Moniales quarum Votis
Clausurae emitterent in Professione, secus careant omni Exemtione â Juris-
dictione Eppi, et censeantur tantum tolerata, non vero approbata ab Ecclesiâ
non obstante, quod Leo X. easdem dederit omnia Privilegia Ordinis
quem profiterentur. Sic S. Congregatio Concilii Respondit Eppo Sarezanensi
3. Jan: 1723 de Tertiariis S. P. Francisci. Earum (seu talium Monialium
Monasteria Leges Clausurae haud observantia :) Monasterium esse subjectum
omnimode Jurisdictioni Eppi citra in appellationem S. Congregationis quoad illud.
ut refert Benedictus XIV Institut. Eccles. 31. §. Primum. Benedictus XIII
equidem pro hisce Monasteriis favorabiles Constitutiones edidit, quae incipiunt:
Paterna Sedis Apostolicae. 1725. Pro Tertiariis Ord: S. Francisci altera: Pretiosus
1727. Pro Dominicanis Verum ut super assertum hae Constitutiones ad terminos
Juris Comunis & praecedentium Pontificum Decreta per Clementem XII
redactae sunt, adeoque Vigorem minime habent. Non obstantibus tamen Consti-
tutionibus hisce Pii V & Clementis XII. in nostra Germania hodiedum existunt
talia Monasteria Tertiariarum Clausurae legibus minime adstricta, cum
Eppis subjecta & Romanae Curiae haud ignota. Tempore siquidem Gre-
gorii XIII. Successoris immediati S. Pii V. P. Felicianus Dei & Apostolicae
Sedis Eppus gratia Episcopus Scalensis ad partes Germaniae superioris
Gregorii XIII. Papae Nuntius cum Potestate Legati â Latere et Visitator
omnium Monasteriorum cujuscunque Ordinis et sexus 1579 non obstante
Constitut. S. Pii V omnia Privilegia modum Vivendi et, Dummodo Sodalitii

Trident. Decretis, et Regulari Instituto non repugnarent, affirmavit Monasterio Kiselekano, et de Memingano testatus est, temporis Pace non ferre, ut apud easdem Moniales Clausura induceretur. In nostris quoque partibus in hodiernum usque diem talia Monasteria cernuntur scientibus Eppis, quin et Benedictus XIV in sua Constitut: Pastoralis cura 9. August. 1748 tacitè supponit, talia adhuc subsistere Monasteria et quidem sub Jurisdictione Regularium §. Porro ibi: dum agit de Decreto Concilii Tridentino, ad dandum bis vel ter anno Confessario Extraordinario, ita pergit: Nec aliud nobis hac in Re tradendum superest, nisi ut Vnbles Fratres nostros Ecclesiarum Antistites enixè hortemur, ut quamvis Tridentina Synodus de solis Claustralibus Monialibus in præmisso Decreto loquatur, Nihilominus eandem Disciplinæ formam observent, tam cum aliis Monialibus, quæ licet Clausuræ Legibus minimè obstrictæ sint, in Comunitate tamen vivunt sub N. 5. autem statim adfirmat, talem Extraordinarium Confessorem dandum esse ab eo superiore, qui designat Ordinarium sive is sit Eppus, sive Superior Regularis. Non una porro Ratio prostat, quod Leges Clausuræ in hujuscemodi Monasteria usque modo induci haud poterint saltem in nostrâ Provinciâ, et sunt fermè sequentes:

1 quia in nostrâ Germaniâ pluribus in locis etiam aliarum Provinciarum scientibus Eppis observantia hujusmodi Constitutionum et Decretorum nunquam viguit, quin vix observatu possibilia sunt eo quod 2 Hujusmodi Tertiariæ ob Defectum fundationum de laboribus manuum suarum partim vivere debeant.

3 Partim agros et prata, quos extra sua Claustra possident ipsæmet vel colunt vel sub cura habent: quin et hoc maxime necessarium modernis temporibus, ubi aut fidelitas Sæcularium Oeconomorum vacillat, aut saltem caro pretio annuo duci debent, quod ob suam pauperiem difficulter exsolvunt.

4 Quia Boves, equi et Vaccæ defectu alterius loci intra Claustra sua stabula habent, ubi famulitium secularium necessario intromittendum est.

5 A potiori inter Heterodoxos vivunt, et sua Monasteria possident et proprio vigili oculo sua bona custodire debent.

6 Alicubi Ministerium Infirmorum ex obligatione aut Consuetudine ipsis incumbit.

7 Ubique necessario inter seculares conversari debent ob mutuum Comercium, et ad invicem accessum, sine quo necessariam Sustentationem vix aut nullo modo habere queunt.

8 Non obstante quod Clausuram non teneant, exemplari tamen vita prælucent populo, ac vocationi suæ ita faciunt satis ut teste S. Francisco Gonzaga Tot. Ord. Ministro Grali laudem egregiam sibi deferent, et mirum sit, quod inter medios Hereticos habitantes rarissime occasionem scandali præbere audiantur. Inde

9 Nec superiores Grales, etsi propriis oculis earum vivendi rationem inspexerint, nec Locorum Ordinarii, etsi eorum officium sit, moniales etiam exemtas ad servandam Clausuram compellere, hactenus circa eas quidquam innovare voluerunt.

10 Erit insuper vix non pro quovis Monasterio particulare Motivum, ob quod usque modo Clausura introduci haud potuit.

50 De harum Monialium Confessario tam ordinario quam extraordinario observanda sunt omnia Constituta à Benedicto XIV. ut patet ex paulo allegatis ex cit. Constitut. praesertim adprobaõ Specialis si Episcopus urgeat.

Finis

MSB
148

CB
29

6743715
12SE17